

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fauor f
cum fonte primo

Multo autem magis ad rem pertinet qualis tibi uidearis quam qualis aliis. Multo autem ad rem magis pertinet qualis tibi videaris quam aliis; conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest.

Quid ergo illa laudata et omnibus praeferenda artibus rebusque philosophia praestabit?

scilicet ut malis tibi placere quam populo, ut aestimes iudicia, non numeres, ut sine metu deorum hominumque vivas, ut aut vincas mala aut finias.

Si te intrante clamor et plausus
obstreperint, si femine puerique laudauerint,
quid ni ego tui miserear cum sciam que uia ad istum fauorem ducit?

Seneca ibidem (XXIX. epistola).

Ceterum, si te videro celebrem secundis vocibus vulgi,
si intrante te clamor et plausus, pantomimica ornamenta,
obstreperint, si tota civitate te feminae puerique laudauerint,
quidni ego tui miserear, cum sciam quae via ad istum fauorem ferat?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 29.11-12
(L. Reynolds ed., vol.1, pp.83-4, ll.22-29, 1-3).